FRIBVRGVM. Freyburg in Jechtlandt. 1481. X.

Gentis Auentinæ decus & ſuprema poteſtas
Gloriaqꝫ illuſtris, prædonum uirga Friburgum
Auſim num tenui laudes tibi fundere filo?
Illotis manibus, citharaqꝫ ſonante ululatum?
Sed iubar excellens, magnarum cūria reru,
Parce humili plectro, belli memorabile fulmen,
Iraſcensqꝫ aries muris, obiectaqꝫ moles
Ordinibq, uolitanſqꝫ hoſti catapulta furenti
Sedula Berechtoldi ducis alti cura Zeringi
Te, uelut Arctopolim fatis felicibq urbeis,
Ædificarat, ubi hos ſqualenti uiderat ora,
Colliculos, loca naſcendis apta muris

Gentis.) Friburgum idem princeps condidit, q et Bernā,
Situm est in ultima ferè Heluetia occidentem uersus.
Vrbs munita non tam hominum operis, quam natu-
ra loci. In montis n. radicem assurgit cui subest am-
nis Sana, superneqꝫ cacuminis montis protegitur.
In primis uero prudentiam uirorum consilio in
~~quibq tamen~~ sanè coluerunt, Est vero Heluetiorum
ueluti Colonia, cuius etiam meminit Ptol: lib 2.

Prædonum.) Quia ea Heluetiæ pars quæ inter Friburgum
& Geneuam iacet, sæpe infamis fuit Latrocinijs, à
Friburgensibq uero ac Bernatibq, quantum in ipsis
fuit, purgata.